



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 122. Alexandri VII. Papæ Jubilæum Universale ad implorandam Dei
opem in præsentibus Ecclesiæ necessitatibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII.
A. C. 1656.

§. CXXII.

*Alexandri VII. Papæ Jubilæum Uni-
versale ad implorandam Dei opem
in præsentibus Ecclesiæ ne-
cessitatibus.*

*Bullar.
Magn. Ale-
xander VII.
Const. 23.*

Cum universus pene Christianus Or-
bis non modo bellis, sed aliis e-
tiam calamitatibus affligeretur, Ale-
xander VII. Pontifex ad avertenda e-
jusmodi mala intentus, singulos Christi
Fideles ad placandum Deum excita-
bat, oblata anni sacri gratia: Hanc
in rem sequens promulgavit diploma
die vigesima prima Julii.

*Universis Christi fidelibus præsentis liti-
ras inspecturis Salutem, & Aposto-
licam benedictionem.*

„E suprema militantis Ecclesiæ spe-
„cula mentis Nostræ aciem quaquaver-
„sum intendentes, & assiduas gregis
„Nobis ex alto crediti calamitates ab-
„tente contemplantes, crebra ex imo
„corde suspiria, & uberes ex oculis la-
„crimas fundere cogimur. Cujus enim
„vel ferreum pectus non commoveant
„hodiernæ Orbis, Christiani miseriæ?
„Urget vel maxime pertinax inter
„Principes Catholicos bellum, cui com-
„ponendo frustra hactenus visa sunt esse
„huma-

„humanæ prudentiæ consilia. Ad Orien- Sæc. XVII.
 „tem piissimæ Reipublicæ ditiones de- A. C. 1656.
 „cennali bello a Turcarum Tyranno in-
 „festantur. Exutus ad Septentrionem
 „Regni sui parte hæreticorum armis
 „Rex Orthodoxus, neque tuti ab eo-
 „rum odio & potentia aliorum fines.
 „Sæviti ad Meridiem dira epidemiæ
 „lues, quæ & vicinos depopulatur, &
 „huic Urbi veræ Religionis capiti im-
 „minere videtur. Ubique terror, ubi-
 „que malorum impendentium formido,
 „ita ut si unquam, certe nunc gravem
 „Domini manum sentiamus, flagitiis
 „hominum ejus iram jugiter provocan-
 „tibus. Cui placandæ licet privata
 „Nostra, & aliorum Sacrificia, & pre-
 „ces sine intermissione adhibere non
 „desistamus, promptius tamen id a di-
 „vina misericordia Nos consecuturos
 „arbitramur, si Nostris omnium Christi
 „fidelium orationes, purgatis per salu-
 „tarem veræ poenitentiae Medicinam a
 „colluvie peccatorum animis, jungan-
 „tur: Clemens est enim & misericors
 „Deus Noster, & propitiatur cunctis
 „invocantibus eum in veritate. Hoc
 „autem ut fructuosius fiat, & majori
 „cum spiritus ardore peragatur, ex ve-
 „teri Ecclesiæ Romanæ omnium Ma-
 „tris, & Magistræ more ejusdem Ec-
 „clesiæ thesauros, quorum Dispensato-
 „res

Sæc. XVII., res a Domino constituti sumus, pro
A. C. 1656., ferre, & erogare decrevimus.,

Postmodum pia opera a singulis per-
agenda, necnon Ecclesias ab illis visi-
tandas præscripsit.

§. CXXIII.

*Mira Puellæ sanatio per Sacram Spi-
nam impetrata.*

Chois. mem.
sur la Relig.
Not. 3. in
epist. 16.
Prov.

Hoc item anno ex Portu Regio disper-
gebatur rumor de quodam prodig-
gio, de cuius veritate sponsorem agere,
instituti nostri ratio haud deposcit, rem
tamen, prout contigisse refertur, rece-
sere, Historici munus non excedit.
Cruciabatur vehementissimis oculorum
doloribus Margaritha Perriera Claro-
montani Consiliarii Filia, & famosi Pa-
scalis Neptis, quæ nonnisi novem an-
nos nata apud Moniales Portus Regii
educabatur: Augebatur indies malum
tanta violentia, ut humor viscosus ex
sinistro oculo defluens, narium ossa in-
cariam verteret, & palatum inficeret,
imo ipsum quoque guttur jamjam in-
festaret: eludebat vis mali omnem ar-
tis medicæ opem, ulcusque tam noci-
vum exhallabat fætorem, ut infirmam
a ceterarum consortio sejungere necesse
esset, ac ipsemet illius Parens jamjam
sefe itineri accingeret, proximæ inci-
sioni,